

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXII. Quidnam & quantum possit Sacerdos propria autoritate ex
Confessione reuelare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput VII. De Secreto seu Sigillo

chrymarum, ordinavit nobis poenitentiam propter fragilitatem nostram; ideo debemus nostras Confessiones veraciter confiteri, & fructus dignos facere, id est, praeterita ne iteremus, secundum iussionem D E V M timoris Sacerdotis; qui Sacerdos, ut sapiens, & medicus, primum sciat curare peccata sua, & poste a aliena vulnera detergere, & sanare, & non publicare. Nos sequamur, perquiramus, et cum talibus confilium salutis nostre ineamus, ut non perdamus hereditatem coelestem, quam nobis Dominus ab initio mundi praeparauit.

Sozom.lib. 9. hist. tri- Item Sozomenus, dum scribit de Presby-
part.ca.35. tero super poenitentes ad audiendas Confes-
siones, & imponendas poenitentias, præpo-
sito, ait. Ad hanc rem Presbyteri bona con-
uersationis, seruantemque Secretum, ac sapientem
virus statuerunt. Unde, & ex plurimis
aliis testimoniosis, quæ breuitatis studio non
commemoro, liquidò constat, non superna-
tam, sed antiquissimam esse hanc Ecclesi-
sticam consuetudinem, tegendi ea, quæ in
Confessione dicta sunt.

Quæstio XXII.

*Quidnam et quantum potest Sacerdos
propria autoritate ex Confes-
sione reuelare?*

Respsio. PRIMVM, licitum est, iustum ob causam
in publico, vel alias, reuelare Confessionem,
id est,

id est, peccata in Confessione scita prodere, non prodendo personam directe, vel indirec-
te, ubi & quando nullum subsequatur scan-
dalum: Ut si Confessor comunicat alicui ca-
sum, quem in Confessione cognouit, ad finem
sciendi, an sit reseruatus, vel non; an sit mor-
tale, vel non; & quae pro illo sit pœnitentia
imponenda.

Aut si Prædicator dicat in genere peccata
alia, vel talia committi, ad finem notifican-
di audientibus, opus illud vetitum esse, & per-
niciosum, & ab hominibus vitandum.

SECUNDUM, licitum est reuelare, hoc
est, in publico, vel occulto dicere in genere, il-
le confessus est peccata sua, etiam personam
seu confidentem exprimendo. Ut, si Confes-
sor dicat de Petro: Petrus confessus est pec-
cata sua; quia dicendo, nec Petrum infamat,
nec Confessionem odiosam facit, cum omnes
sciant, neminem confiteri debere, nisi peccata,
quodq; non est, quia a peccatis fit prorsus im-
munis; Non enim est homo, qui non peccet. 3. Reg. 8.
Et si dixerimus, quia peccatum non habemus, 1. Ioan. 1.
nosmetipso seducimus, & veritas in nobis
non est, ut ait D. Ioannes.

Inde patet, esse licitum Confessori dicere
de Petro: Petrus confessus est sua peccata ve-
nialia, modò per hoc non significet Petrum
Confessionem mortalium omisisse.

TERTIO, Licitum est Confessori in
particulari peccatum, & simul personam cō-
fidentem.

Caput VII. De Secreto seu Sigillo

fitentem dicere ; si peccatum tale aliòqui publicum est, & omnibus notum. Ut si dicat de publica meretrice , quid confessio est turpitudinē suam, & de publico homicida, quod confessus est homicidium. In quo duo significat Confessor, scilicet, Petrum esse confessum, & Petrum esse homicidam. Et primū est occultum , cuius reuelatio cedit in laude ipsius confitentis. Secundum est publicum, etiam ante Confessionem auditam. Ideo per hoc non dicitur Confessor reuelare Confessionem ; quia non dicitur reuelari, nisi quod priùs occultum erat, quod in eo casu non accidit. Huius dicti ratio aperta est, quia tale dictum Confessoris, nec est infamatiū confitentis, nec reddit Confessionem odiosam.

Si tamen inde timetur scandalum, tenebitur Cōfessor silere; quod quia, ut plurimū timetur ex similibus dictis, satius est tacere, nisi fortè aliqua necessitas cogat.

QVARTO, in Concionibus, aut publicis Academiæ lectionibus, licet peccata taxare, & reprehendere, quæ in Confessionibus audiuntur. Tametsi imprudentia esset, & scandalum dicere, talia in Confessionibus esse audita. Et præterea cauendū, ne in praesentia eorum prædicentur, qui illa confessi sunt: Contremiserēt enim metuentes suas Confessiones in publicum prodi.

Licetne